

Stephanus Galdeti

Carmelita

Editor: Alexandra Baneu

work in progress
12.08.2024

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Carmelita**

Predicator et Symon acceperunt de materiis moralibus primi articuli, scilicet de regula actuum nostrorum.

Secundus articulus habet tres conclusiones. Prima conclusio: quod
5 Deus non potest meliorare universum faciendo in eo optimum vel infinitum vel medium bonum.

Secunda conclusio, quod universum potest Deus meliorare per melius.

Tertia conclusio, quod Deus potest meliorare universum ex malo.

Primum corollarium prime conclusionis: optime faciens non facit
10 optimum.

Secundum corollarium: non est possibile fieri optimum.

Tertium corollarium: non facilius est facere minus bonum quam maximum.

Quartum corollarium, quod si Sor esset minime potens esset maxime
15 potens.

Quintum corollarium quod hec regula non est usquequaque vera ‘ubi est reperire magis et minus ibi est reperire medium et equale’.

Sextum corollarium: Deus in infinitum minus agere potest quam sit potens agere.

20 Secunda conclusio fuit quod universum potest Deus meliorare etc.

Primum corollarium quod Deus plures perfectiones specificas potest producere inter primum angelum vel supremam speciem et ipsum Deum.

Secundum quod non tot species seu perfectiones specificas potest Deus producere quin plures.

25 Tertium corollarium: pars universi potest esse totum univerum.

Quartum corollarium: universum potest esse minus bonum parte universi.

Tertia conclusio quod Deus potest universum etc.

30 Primum corollarium quod melius est universum constitui ex bonis et malis quam ex bonis tantum.

Secundum corollarium, quod aliquod est bonum quod Deus non potest facere sine creatura.

Tertium, quod non omne quod potest mediante causa secunda potest

4 secundus articulus] secundus articulus conclusiones tres corollaria prime conclusionis *in marg. P1* quod] *om. P2* 5 optimum] et infinitum *add. sed del. P2* 14 minime] *p. c. sup. lin. P1*; minus *a. c. P1* 14–15 maxime potens] *p. c. sup. lin. P1*; omnipotens *a. c. P1* 20 secunda conclusio] corollaria secunde *add. in marg. P1* 26 minus] *s add. sed del. P2* 27 universi] corollaria tertie conclusionis *add. P2* 28 tertia conclusio] corollaria tertie *add. in marg. P1*

immediate per se.

Quantum corollarium: peccator peior est peccato suo.

Quintum corollarium: quanto quis plus fuit punitus pro peccato suo tanto plus debet puniri.

5 Sextum corollarium: non bonum esse bonum est.

Tertius articulus continet tres propositiones.

Prima est: bonitas specierum universi sequitur bonitatem communicationis immense.

10 Secunda conclusio est quod non potest meliorare universum meliorando eius species.

Tertia conclusio quod Deus potest meliorare universum convertendo species in meliores.

Prima conclusio est quod bonitas specierum etc.

15 Primum corollarium quod nulla creatura est secluso quocumque sibi extrinseco.

Secundum corollarium: nulla creatura est bona seclusa quacumque bonitate sibi extrinseca.

Tertium corollarium: una || creatura non est melior alia seclusa bonitate extrinseca. P2 27v

20 Quartum corollarium: solus Deus est secluso quocumque sibi extrinseco.

Quintum: nulla pura creatura sibi ipsi derelicta est vel esse potest mensura perfectionis omnium specierum existentium et possibilium.

25 Sextum quod oppinio que ponit supremum angelum mensuram omnium creatorum et possibilium stare non potest in veritate.

Septimum quod oppinio que ponit animam rationalem esse mensuram universorum etc. eo quod tenet medium inter naturam angelicam et corpoream stare non potest.

30 Octavum et probatur quod nec ipsa divina bonitas dici debet mensura rerum creaturarum etc. proprie et stricte accipiendi mensuram.

Nonum quod ad inveniendum propriam mensuram omnium entium universi existentium et possibilium pono alicas propositiones probabiliter, nichil temerarie asserendo.

Prima est quod esse Deum est summum bonum.

35 Secunda: esse coniunctum Deo in unitate persone est summum

6 tertius articulus] *iter. in marg. P1* tres propositiones] accepisti istas
tres *add. in marg. sed del. P1* 7-9 bonitas — conclusio est] *sup. lin. P1*
30 accipiendo] accepisti hec preter quintum *add. in marg. P1* (in nota 30
accipiendi)] preter] *dub. P1* 32 alicas propositiones] tres propositiones *add.*
in marg. P1

bonum creature.

Tertia: Deus non potest melius facere creature quam eam sibi unire in unitate persone non secludendo beatificam visionem.

Quarta: Deus assumendo naturam humanam melius sibi facit quam
5 si eam in naturam angelicam transmutasset.

Quinta: personalis ydemptitas non suscipit magis et minus.

Sexta: unitum esse Deo in unitate persone non infinitum bonum.

Septima: tota latitudo essendi est sub tota latitudine bene essendi.

Octava: esse unitum Deo in tota latitudine bene essendi ymaginata
10 tenet summum gradum.

Nona: esse unitum Deo in unitate persone est mensura cuiuslibet bene esse.

Decima: esse unitum Deo in unitate personali est mensura cuiuslibet bonitatis essendi.

15 Undecima: omne bonum creatum et finitum reducitur ad tale bonum.

Duodecima: quod sicut bene esse inferiorum est mensurandum penes accessum ad bene esse regis sic quodlibet bene esse creature est mensurandum penes accessum ad bene esse Christi.

|| Secunda conclusio fuit quod Deus non potest etc.

P1 12v

20 Corollaria

Primum: perfectiones individuales non sunt intensibiles et remissibiles secundum perfectionem specificam.

Secundum corollarium: perfectiones || specificae sunt intensibiles et
remissibiles secundum perfectiones individuales. P2 28r

25 Tertium: species universi non sunt ita bone sicut possunt esse.

Quartum: species universi sunt ita bone sicut possunt esse.

Quintum: Deus non potest mutare ordinem universi nec specierum universi.

Sextum: 'species universi non possunt fieri perfectiores' non est
30 defectus ex parte Dei, sed ex parte rei.

Tertia conclusio fuit quod Deus potest meliorare etc.

Primum quod Deus potest meliorare universum nulla re universi meliorata.

Secundum: Deus potest meliorare universum, et tamen quelibet pars

2 creature] *om. P2* 18 Christi] ex hiis duplus sequitur quod aliquid potest
esse materia rursus bonum etc. *add. in marg. P1* 19 quod] *sup. lin. P1*
22 specificam] et remissibilem secundum perfectiones individuales *add. sed del. P1*
30 defectus] de facto P2 31 etc.] corollaria *add. P2*

universi erit minus intensa.

Tertium: Deus potest munere bonitatem universi, et tamen quelibet res universi erit magis intensa.

Quantum: Deus potest munere bonitatem universi convertendo
5 species universi in meliores etc.

Quintum: Deus potest facere Gabrielem de non esse ad esse non creando ipsum et de esse ad non esse non anichilando ipsum.

Quartus articulus continet tres conclusiones. Prima quod nulla bonitas gradualis est intensibilis secundum suum esse per depurationem
10 a suo contrario vel per generationem novi gradus et corruptionem priorum vel per additionem gradus ad gradum.

Secunda conclusio: natura augibilis est augmentabilis et extensibilis sine additione alicuius rei ad ipsam.

Tertia conclusio quod Deus universum potest meliorare meliorando
15 formas graduales ipsius sola intensione seu multitudine eorum in se ipsis.

Corollaria prime conclusionis

Primum, quod licet bonitas gradualis non intendatur tribus modis dictis, tamen alio modo intenditur et ille dicitur inferior.

20 Secundum corollarium quod illa opinio que ponit quod nulla forma intenditur nec remittitur, sed precise subiectum denominatur intensius etc. est impossibilis et falsa.

Tertium quod, cum caritas sit quedam forma seu quidam actualis habitus est intensibilis et remissibilis, quod licet caritas per veniale
25 peccatum sit remissibilis aliquantulum, non tamen usque ad corruptionem inclusive.

Quantum quod Deus potest facere A intensius quam ante, et tamen nichil est intensius quam ante. Aliud quod cum caritas baptismalis sit remissibilis, ipsa non est nostra caritas de possibili. Aliud hec est
30 possibilis 'Sor et Plato sunt equaliter cari et Petrus habet tantum de caritate sicut || Sor et Plato, et tamen Petrus non est in duplo altero

P2 28v

2-3 tertium Deus — intensa] *om. P2* 3 res] convertendo omnia corpora in summum corpus et omnia incorporea in angelos *add. in marg. P1* 5 in] *sup. lin. P1* 7 non²] *om. P2* 8 quartus articulus] Evrardus *add. in marg. P1* quartus articulus] *iter. in marg. P1* 13 alicuius] alterius *P2* 17 corollaria prime conclusionis] *iter. in marg. P1* prime] pri *add. sed del. P2* 22 impossibilis] possibilis *P2* 23 quod] *ca add. sed del. P2* 24 remissibilis] quartum *add. sed del. P1* 25 sit] intensibilis *add. sed del. P1* corruptionem] exclusive *add. sed del. P1* 27 quantum] *d add. sed del. P2* 31 Petrus] Plato *P2*

illorum carior’.

Secunda conclusio: fuit natura augibilis etc.

Corollaria

Primum: pars suo toto potest esse maior.

5 Secundum: totum sua parte potest esse minus.

Tertium: hoc est possibilis ‘pars erit maior suo toto’.

Quartum: pars erit maior suo toto quando totum erit maius sua parte.

10 Quintum: totum non plus potest esse maius sua parte quam pars potest esse maior suo toto.

Sextum: Deus in infinitum potest dividere continuum pedale in partem eiusdem quantitatis, id est pedalem.

Septimum: Deus potest dividere continuum A in partem maiorem quam sit continuum A.

15 Octavum: hec positio est vera ‘duo pedes fuerunt medietas unius pedis’.

Nonum: in infinitum possibile est pedes fuisse in uno pede.

Decimum: continuum potest dividi in duo quanta que numquam fuerunt eo tanta.

20 Tertia conclusio principalis, quod Deus universum potest meliorare etc.

Corollarium primum, quod Deus potest meliorare universum a parte predicati.

25 Secundum quod Deus potest facere universum melius in duplo quam sit et tamen in duplo minores habebit bonitates quam nunc.

Quartum: bonitas gradualis Sortis tantum excedit bonitatem gradualem decem equalium quantum unius illorum.

Quintum: esse gradum duplum non est habere gradum tantum.

Sextum: esse gradum duplum non est esse gradum tantum.

30 Septimum: gradus duplus non plus habet de forma quam gradus semiduplus.

Octavum et ultimum, quod duplum est ita simplex nec magis compositum quam subduplum.

4 primum] est *add. P2* 7 toto] quoniam *add. sed del. P2* maius] *p. c. P2* 10 toto] petatur intellectus horum *add. in marg. P1* 12 partem] partes *P2* pedalem] pedales *P2* 13 partem maiorem] partes maiores *P2* 28 non] h *add. sed del. P2* 30 gradus¹] a *add. sed del. P1* (*in nota 30 gradus*) a] *dub. P1* 31 semiduplus] subduplus *P2* 33 quam] subduplum *add. sed del. P1*